



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

41. Vtrum iudices laici aduocante sad se causas Ecclesiasticas excusentur
ex tolerantia Summi Pontificis? Ex p. 3. tr. 1. res. 56.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol. XXXIX. 123

Mexiam in leg. Regia Toleti de los terminos in 2. fundam. part. 2. num. 47. Velascum conf. 100. & hanc sententiam tenent etiam DD. Itali, vt Fulcius de vifit. lib. 2. cap. 23. num. 5. & ex Dominicanorum familia Michael Zanardus in directorio Theol. par. 3. c. 31. fol. mibi 197. vbi ait, Iudex Ecclesiasticus potest apud Principem laicum denunciari, si alicui etiam subdito violentiam inferat, in quo casu potest Princeps laicus reprimere vim cuiuscumque factam.

2. Sed his non obstantibus non est recedendum à negatiua sententia Theologorum, quos in dicta res. sol. adduxi, nec valet dicere, quod licet vim vi repellere, & competat Regibus liberare vi oppressos de manu calumniatoris. Ergo, &c. nam respondeo licitum esse vim vi repellere, quando vis est clara, & manifesta, nam si est dubia, semper pro Superiore præsumendum est. Ergo in casu nostro iniustam vim inferit Prælato Ecclesiastico iudex laicus, priuando illum iure suo, quod habet in casu dubio. Quod autem vis in nostro casu sit dubia, patet ex ipso facto, nam iudex secularis examinat, an facta sit vis, necne. Ergo non supponit certam, & euentem violentiam; ceteras rationes videbis nouissime apud Bonaciam in expositione Bullæ Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 4. qui respondet ad omnia argumenta; quæ adducit Ceuillos in tract. de cognit. per viam violentiæ, & Salgado de protectione Regia. Ex his inferunt contra Portel, & Hieronymum Rodriguez in compendio questionum regularium resol. 10. num. 14. incurtere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Religiosum recurrentem ad Regem, Proregem, vel Gubernatorem, vt vim sibi illatam à suo Superiore tantum tollat; vt faciat iudex alios Superiores assignare pro sola vi tollenda.

RESOL. XXXIX.

An aliquis Princeps habeat à Pontifice priuilegium in causis violentiæ arcenda: Ex part. 3. tract. 1. Ref. 64.

§. 1. Hoc priuilegium habere Regem nostrum Hispaniarum docet Bañez in 2. 2. q. 67. art. 1. Iulius Clarus lib. 5. d. vlt. q. 36. num. 26. Menochius de reuocanda possessione remed. 3. num. 354. & Cardinalis Bellarminus in tract. de Summo Pontifice contra Berclaium cap. 35. col. 7. ver. addebat, & Suarez de immunit. lib. 4. cap. 34. num. 43.

2. Sed nouissime Ceuillos tract. de cognitione per viam violentiæ gloss. 6. asserit Regem Hispaniarum non habere tale priuilegium; sed ex alia ratione hoc efficere, ita pulchre obseruat Bonacina in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. n. 17. dum praxim tribunalis [de la fuerza] tueri, & à peccato, & censura excusare conatur, excusationis causam asserit, negando Regem Hispaniarum, vel ipsius ministros ac magistratus hoc facere ex priuilegio, vel ex consuetudine priuilegio innixa. Ita Bonac. vbi supra n. 3. asserit Principes priuilegium à Summo Pontifice habentes excusari ab excommunicatione Bullæ Cœnæ aduocando causas spirituales ad sua tribunaia, modo priuilegii formam seruent, & modo priuilegium reuocatum non sit, iuxta ea quæ ipse inferius docet.

RESOL. XL.

An aduocatio causarum spiritualium ad laica Tribunaia vetita sit, sub censura Bullæ Cœnæ, si causa aduocatur à iudicibus Sedis Apostolicae? Et quid dicendum, si iudices Ecclesiastici negligentes Tom. IX.

Int in huiusmodi causis cognoscendis: Ex part. 3. tr. 1. Ref. 55.

§. 1. Affirmatiuè respondet Alterius, & Vgolianus, quos citat, & sequitur Bonacina in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 1. n. 7. quia Bulla, vtitur his verbis: ab auditoribus commissariis nostris aliisque iudicibus Ecclesiasticis; vbi notanda est illa particula, aliis, quæ est repetitiua, & relatiua similitium, ex cap. sedes, de rescript. & ex l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo; & puto dictam aduocationem veritam esse etiamsi causæ spirituales aduocentur ab aliis iudicibus Ecclesiasticis, & hanc sententiam tenent Filliucius tom. 1. tract. 16. cap. 10. n. 250. Soula in Bull. Cœnæ cap. 15. n. 1. Dutandus can. 14. q. 7. n. 1. & alij, & ad argumentum contrarium respondet illam particulam non semper esse repetitiuam similitium, vt patet in l. si fundum sub conditione, §. si libertus, ff. de legatis 1.

3. Notandum est etiam hinc obiter contra Courruuiam pract. qq. cap. 35. Menochium de recuper. possess. remedio 3. n. 356. Diaz in pract. crim. cap. 102. Ceuillos, & alios, aduocationem causarum spiritualium ad laica Tribunaia veritam esse, etiamsi iudices Ecclesiastici negligentes sint in huiusmodi causis cognoscendis, vide Reginald. tom. 1. lib. 9. cap. 22. n. 328. Martam de iuris, part. 4. cap. 146. Duarenum vbi supra q. 8. n. 1. & alios communiter; nec valet dicere quod in cap. filius 16. q. 7. cap. si quis cum clerico 11. q. 1. cap. administratores, cap. Principes 23, quo conceditur reclamatio ad Principem in causa Ecclesiastica, nam respondeo per illos textus posse Principem laicum admonere Ecclesiasticum de iniquè administrata iustitia, non autem posse aduocare ad se causam Ecclesiasticam, vel dicere, vt ego alibi adnotauimus, illos rationes abrogatas esse in Bulla Cœnæ, & in cap. quæ sit de iudiciis.

Sup. hoc in fra in Ref. 59. & in aliis eius secundæ annot.

Alibi in Ref. nor. præteritæ & signanter in eius §. vlt.

RESOL. XLI.

Vtrum iudices laici aduocantes ad se causas Ecclesiasticas excusentur ex tolerantia Summi Pontificis: Ex part. 3. tract. 1. Ref. 66.

§. 1. Affirmatiuè respondet Coriolanus in Bull. Cœnæ ad finem, & alij quos citat Ceuillos in tract. de cognit. per viam violentiæ, glossa B. n. 42. 2. Sed nouissime contrariam sententiam docet Bonac. in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. n. 5. quia simplex tolerantia, saltem dum superior commode obtinere non potest, priuilegium non inducit, ex cap. cum iam datum, de praben. tum, quia nulla adeest tolerantia, cum Summi Pontifices in Bullis Cœnæ Domini excludant omnes prætextus. Vide Alterium de cens. lib. 5. disp. 15. c. 2. col. 5. ver. animaduertit. Duardum in Bull. Cœnæ tom. 15. q. 13. num. 11. Filliucium tom. 3. tract. 16. cap. 10. n. 256. & alios, quos ego alibi citam in tract. 1. de immunit. Eccles.

Sup. hoc supra in Ref. 2. prope finem, & in Ref. 10. & 11. §. Verit. & in Ref. 30. §. vlt. & in Ref. 37. §. Ad tertium. cursum ad medium, & infra in Ref. 159. breuiter in fine.

RESOL. XLII.

An appellationes, quæ dicuntur iustitiae, rectè à iudicibus laicis in causis Ecclesiasticis concedantur: Ex part. 1. tract. 2. Ref. 103. aliis 102.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Humada l. 3. gloss. 4. sit. 13. p. 2. Azeuedus lib. 1. recop. sit. 6. l. 2. & latissime Pereira in tract. de man. reg. cap. 22. per tot. cum multis aliis.

L A 2. Sed 3